

a Mare c.
b eum c.

eidem c. M

167

P I S A N A

168

lis, scilicet Marco, Apollinare, Martiale, atque Dionysio, aliisque quampluribus Romam perrexit, ibique predicans Christum, XXV. Annis ejusdem Urbis tenuit Pontificatum. Sexto autem & Trigesimo Anno post Passionem Domini à Nerone Cesare in Urbe Roma deorsum capite, ut ipse voluit, crucifixus est, sicque post Apostolicum meritum etiam martyrio coronatus est, commendans Discipulis Ecclesiam, quam Pisis fundaverat, ut continuis obsequiis eam visitarent. Sepultus est Romæ in Vaticano secus viam triumphalem tertio lapide ad Urbe ad Orientalem plagam.

Anno Domini 571. Fuerunt Pisani in Calabria.

Anno 1004. Pisani vicerunt Lucenses in Aqua-longa. Contigit quodd Saraceni ceperunt Kallari, & invasâ Insulâ Sardiniae iverunt in partes Pisanorum, & usque ad gradus Romæ, & quamplures captivaverunt, & habebant quingentos in catenis. Pisani contra eos iverunt. Et tunc Lucani ceperunt de Comitatu Pisano magnam partem; & Pisani redeunt, contra Lucanos moverunt bellum, & eos vicerunt ad Aquam-longam, ut supra.

Anno 1004. Lucani cum magno exercitu Lombardorum venerunt usque ad Pappianam, & Pisani eos fugaverunt usque ad Ripam Fractam.

Anno 1005. Fuit capta Pisa à Saracenis.

Anno 1006. Pisani devicerunt Saracenos ad Regium die S. Sixti.

Anno 1012. Stulus Saracenorum de Hispania venit Pisas, & destruxit eas.

Anno 1016. Pisani, & Januenses devicerunt Sardiniam.

Anno 1017. Rex Mugettus, & Saraceni devicerunt Sardiniam. Venerabilis Benedictus Papa Legatum Episcopum Ostiensem ad Civitatem Pisanam misit, ut Mugettum de Sardinia expelleret, quam totam cum Privilegio, & Vexillo S. Petri Pisanæ Civitati firmavit. Quapropter Consules unâ cum Episcopo Lamberto cum concordia Populi ad invicem concordaverunt, & facere promiserunt, & Vexillum S. Petri ita cum Privilegio ceperunt.

Et eodem Anno Pisani, & Januenses cum in Turritano Judicatu essent, Januenses voluerunt Pisanos de Sardinia expellere, & sibi eam retinere; sed quamvis ipsi bellum inciperint, tamen devicti à Pisanis fuerunt, ita quod Pisani de tota Sardinia Januenses expulerunt.

Eodem anno domini 1020. Mugettus cepit Castrum Johannis, quod sub Mediolanensi Episcopo erat; & in alio Anno in Sardiniam est reversus, & Pisani iterum cum Januensibus illum fugaverunt; & thesaurum, quem secum tulerat, habuerunt, & totum ex conventione Januensibus concesserunt: aliter verò venire noluerunt.

Anno 1030. Pisa combusta est die Nativitatis Domini.

Anno 1035. Pisani fecerunt stolum maximum, & vicerunt Civitatem dictam Bonam, & coronam Regis Imperatori dederunt.

Pisani ceperunt Carthaginem, & Regem, ejusque coronam miserunt Imperatori.

Anno 1050. Rex Mugettus cum magno exercitu reversus est in Sardiniam, & edificavit civitates, & coronatus est ibi. Pisani verò cum Romana Sede firmatâ concordia, cum Privilegio, & cum Vexillo S. Petri accepto invaserunt Regem, & ceperunt illum, & to-

tam Terram, & coronam Imperatori dederunt, & Pisa fuit firmata de tota Sardinia à Romana Sede.

Anno 1055. Pisani post grande bellum vicerunt Lucanos prope Lucam in loco dicto Vassule.

Anno 1063. Pisani fuerunt Panormum, & fractis catenis Portus, Civitatem ipsam ceperunt, ibique sex Naves ditissimas ceperunt, Saracenis plurimis interfectis; & combusserunt Naves quinque, unam Pisas duxerunt mirabili thesauro plenam, de quo thesauro eodem Anno majorem Pisanam Ecclesiam inceperunt.

Anno 1064. Magnus terræmotus fuit.

Anno 1070. Magna guerra fuit orta inter Pisanos, & Januenses.

Anno 1075. In festivitate S. Sixti Pisani ceperunt Almadiam civitatem, & Firminum Regem, qui unoquoque Anno tributum Pisanis dare suo juramento firmavit, & civitatem ad honorem Pisanæ Reipublicæ tenere. Et ita Regi statim firmaverunt Terram, & coronam Romano Imperatori assignaverunt.

Anno 1077. Comitissa Beatrix obiit quarto Kalendas Maji, & in magnifica Tumba apud Majorem Ecclesiam Pisis honorifice sepulta est, ob cujus reverentiam Comitissa Matilda ejus filia, quæ obiit Anno Domini MCXVI. Ecclesiam Pisanam in Tuscia & Lombardia dotavit possessionibus plurimis, & honoribus Regalibus fatis plenè.

Anno 1078. Pisani, & Januenses guerram habentes, plura sibi damna invicem contulerunt. Deinde concordia facta Anno 1088 simul stolum fecerunt in Africam, & ceperunt duas magnificas civitates Almadiam, & Sybiliam die S. Sixti, ex quibus civitatibus, Saracenis ferè omnibus interfectis, maximam prædam auri, argenti, palliorum, & paramentorum abstulerunt; de qua præda thesauros Pisanæ Ecclesie in diversis ornamentis amplificaverunt, & Ecclesiam S. Sixti in Curia veteri edificaverunt. Guido Vicecomes Guidonis filius in proelio obiit.

Anno 1100. Hierusalem, & Cæsarea à Christianis capta est decimo octavo Kalendas Augusti, cujus victoriæ Pisanus Populus fuit & caput, & causa. Nam jussu Papæ Urbani Secundi Dabertus Pisanæ urbis Episcopus, & Archiepiscopus exstitit Dominator & Rector exercitus Pisanorum scilicet 120 Navium. Qui Dabertus jam declaratus Pisanus Archiepiscopus, factus deinde Patriarcha in Hierosolima remansit; & postea ceperunt civitatem Sittim, & in reditu ceperunt multas civitates Græcorum. Unde Imperator Calojannes suum Legatum Pisas misit, & Pisanis domos & Ecclesias dedit. Proficiscendo verò, Leucasiam, & Cefaloniam urbes fortissimas, quia Hierosolimitanum iter impedire solebant, expugnaverunt, & expoliaverunt. Pisanus etiam tunc Populus Mardani urbem maximam cepit, & Lapideam, & Ghibellum obsedit.

Anno 1101. tota fere Sicilia exusta est vento flante. Eodemque Anno Pisani ceperunt Liccejam sive Licajam, & elevaverunt Yassam.

Anno 1105. Reincepta est lxx inter Pisanos & Lucenses.

Anno 1111. Rex Henricus Quartus cum magno exercitu in Italiam, & Pisas venit, & fecit pacem inter Pisanos, & Lucenses. In qua guerra Pisani devicerunt Lucanos tribus victibus in campo, & Castellum de Ripa Fracta recu-

MdV

ditto c

p. MdXIII

Artemotus c

M

MdXXVII

Annus c. M.

MdXXVIII

Invicem

MdXXVIII

Pisani & Januenses

bellum

abstraxerunt c. M

Md Censaria c. M

Pisanis c. M

iusit c. M

luri

ipostea

Calomaris c. M

deesse. h. impediri c

eam M

Lodociam c

MdV

MdVII

In qua

recu-

chinsica M

Hierica & quasi cremata est.

Anno domini MCI tota hietica exusta est de quo igne vento flante pene tota foris porta combusta est tertio Nonas Julii.